



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Venditio debitorum, n. 17.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

ditatis; nam consentienti non fit injuria. Excipe secundo γ, quando quis vendit hereditatem veluti in genere, quam v. g. habiturus est, non indicando siue expressè, siue tacite personam, cui est succedendum: siquidem ex hac venditione non potest timeri mortis machinatio,

ut l. 1. ff. de hered. u. l. 2. fin. ff. de ijs quib. indignis. x. Mol. d. 340. citat. colligitur ex eodem ibidem, & sic intelligitur lex 3. §. cum specialiter, & §. ill. & lex si societatem universalem, ff. de socio.

#### Venditio Debitorum.

17. Possunt & insuper vendi debita, & actiones (quo pretio dicam) infra b, quæ quis habet contra alium & tunc emptor non solum habebit actionem in rem debitam, verum etiam in pignus, & in fidejussore. a l. emptor ff. de her. b. infr. §. 8. & n. 1

#### Venditio rei litigiosæ.

18. Præterea vendi & non potest, ut nec donari, res actu litigiosa, id est, super qua cum adversario lis tibi quomodounque, etiam per primam citationem, pendet. Ratio est, quia sic posses vendere, vel donare potentiori, quam sit adversarius, in eius præjudicium; adhuc tamen casus, in quibus potest, ut si donaretur in dotem &c. quos vide apud Fagundez d, qui insuper notat duo: primum, teneri reddere rem litigiosum domino, etiam priore venditione (nisi aliud forte in conscientia, & ante sententiam, quia expressè conventum fuerit, quod raro solet)

venditio vel donatio est nulla. Secundo, non esse nullam, sed validam, si fiat, vel ex causa justa, vel auctoritate Iudicis.

c l. Fag. de contract. l. 3. c. 24. ibiq. citat. d Fagund. ib.

19. Dixi (actu litigiosa) nam ea, contra quam timetur, etiam de proximo, vendi potest, licet minoris, ut dicetur inferius; alias res, quæ vendi non possunt, vide apud Delugo, legesque ab ipso citatas.

e Delugo t. 2. de just. d. 10. & num. 17.

#### Venditio eius, quod nondum est.

20. Quamvis, quod non existit, vendi non possit, quia nihil vendetur, tamen, si est in spe, potest, minori, vel maiori pretio, juxta maiorem minoremve probabilitatem futuræ existentiae. Sic venduntur partus pecorum, ancillarumque, fructus arborum, jactus pescationis, vel venationis &c. & tunc profecto tenetur, qui vendit, diligentiam apponere moralem, ut ea existant, qualem in rebus adhiberet proprijs; secus, obligaretur ad restituitionem, quanti intererat emptori diligentia.

21. Vnum hic distingue. Nam quando venduntur fructus & partus, si nihil nascatur, emptor non teneat soluere conventum pretium: at vero quando venditur jactus pescationis, vel venationis, tametsi nihil capiatur, tenetur emptor illud soluere. Ratio diuersimodi emptorem, vel donatarium seriminis. præter jura f, est, quia in

